

de matrimo. part. 2. c. 3. § 4. ex n. 30. & apud Plu-
tarch. in libel. an adolescenti liceat audire poemata?
Pergunt alii mihi rogere vitam.
Ubi vitam pro facultatibus usurpat. Græci eodem
verbo vitam, ac pecuniam significant, teste D. Co-
var. ubi proxime, qui ex hoc infert amissionem om-
nium, aut magnæ partis bonorum, incurere metum
cadentem in constantem virum: & Bald. in l. pe-
rentes, C. de rebus probat. arduam causam pecunia-
riam similem esse capitali: quod post illum adno-
tavit Menoch. de arbitrar. cas. 110. n. 5. Aliquan-
do sanguis appellatur. Jaf. in l. nec quicquam, §. Ubi
decretum, n. 2. ff. de offic. Procons. Menoch. cons. 175.
n. 1. Afflic. decis. 24. n. 4. Matienç. in dialog. re-
lator. part. 3. c. 30. n. 3. Caball. ubi proxime, cas.
170. n. 9. Ripa in cap. 1. n. 18. de judic. Ad hæc
pecunia munitissimum præsidium est, Proverb. 13.
vers. 11. Substantia divitis urbs roboris ejus, & quasi
murus validus, circumdans eum. Unde tanti apud
homines habetur, tantumque diligitur, ut ibi cor
collocent, ubi thesauros deponunt, Matth. 6. vers.
19. quapropter sicut pro vita, ita & pro defen-
sione bonorum occidere licet aggressorem, ut latif-
simè probat D. Covar. in clement. si furiosus, part. 3.
§. unic. n. 6. per l. 4. tit. 23. lib. 8. Recopilat. & alia
jura, quæ ibi allegat, Caram. in Theolog. fundam.
n. 1577. vers. Secunda, potest: & n. 1582. vers.
D. vitæ, Dicastill. de just. tom. 1. lib. 3. tract. 1. ex n. 50.
Bonacin. in summ. tom. 2. tract. de restitut. disputat. 2.
quest. ultim. punct. 10. n. 1. (qui ampliatur ad Cleri-
cos, & respondet ad c. 2. de homicid. quod ibi Cleri-
cus modum excessit in defensione bonorum) &
ita tenent communiter Theologi. Ex quibus collig-
itur, maximam penam esse pecuniariam, si per il-
lam reus integram patrimonii jacturam sustineat,
atque idè posse statuto sic homicidium puniri,
maximè justa existente causa (Quod æquè in con-
suetudine admittendum est:) cum aliis probat Far-
inac. n. 30. ad quæ faciunt tradita per me de pau-
pertate sup. c. 6. n. 46. 47.

Ibi: Idem profecto erit.

25 Occidens non præmeditato consilio, sed in rixa,
injuria læcessitus ad utendum honorem, non mor-
tis penam, sed mitiorem subibit, l. 3. tit. 8. part. 7.
faciunt, l. qui cum natu 14. §. Si libertus, ibi: ignos-
cendum est ei, qui voluit se ulcisci provocatus: ff. de
bon. libertor. l. si adulterium 38. §. Imperatores, ibi:
difficillimum enim est justum dolorem temperare ff. ad
leg. Jul. de adult. qui casus censetur comprehensus l.
4. tit. 23. lib. 8. Recop. sub illis verbis: O si lo mātare en
otra matara, que pueda mostrar que lo matò con dere-
cho. Nam qui provocatus delinquit, miseratione
dignus est; de quo præclarum extat exemplum a-
pud Valer. Max. lib. 8. c. 1. Esmirnea enim fœmina
honestam coram Publico Dolabella, qui Athenis præ-
erat, cum accusaretur, quòd maritum suum, ac filium
ejus occiderat, quoniam illi filium, quem ex alio
viro pepererat, interfecerat, severissimum Areo-
pitarum Senatam consuluit, qui respondit, ac decre-
vit, ut post centum annorum accusator, & rea sen-
tentiam audirei comparerent, atque ita ob justum
dolorem mulieri etiam atrociter delinquenti indul-
tum est. Præmissam conclusionem probant Anton.
Gom. d. l. 3. c. 3. n. 24. Parlad. rer. quotidi. n. lib. 1. c. 17.
n. 38. Bœr. decis. 168. n. 7. Guazzin. sup. defens. 29. c. 4.
n. 33. Plaça in epitom. delictor. lib. 1. c. 1. n. 21. Jur. Clar.
d. §. fin. q. 66. n. 9. 18. Caball. de homicid. ex n. 105.
Azeved. in l. 2. n. 93. tit. 10. lib. 8. Recopil. Urtil. ad
Afflic. decis. 289. n. 34. Baiard. ad Clar. d. §. Homici-
dium, à n. 110. Farinac. in prax. q. 126. à n. 47. ubi dif-

putat, utrum occidens in rixa pœna ordinaria ho-
micidii teneatur? & quamvis pro utraque parte
multos alleget; ipse resolvit non teneri; nisi ho-
micida provocaverit, & animum habuerit occiden-
di. Sed apud nos est l. 3. tit. 23. lib. 8. Recop. qua dis-
ponitur, ut occidens in rixa, mortis pœna afficiatur,
nisi aliqua justa causa se possit excusare. Et maxima
est, defensio honoris; qui quanti habeatur, dixi
lib. 1. c. 11. n. 9.

Quæ conclusio erit amplianda, ut procedat, 26
quamvis homicidium committatur, post sedatam
rixam, veluti si quis injuriam passus est, recedat
ad arma sumenda, vel amicos convocandos ad
vindictam; cum quibus reversus rixam suscitet,
advasarumque perimat; nam adhuc à pœna ordi-
naria liberabitur, de quo Farinac. quest. 125. n.
339. Imò licet non eadem die, sed sequenti inimi-
cus occidatur, idem juris esse tenet Menoch.
cons. n. 30.

In foro quoque animæ licitum est, inferentem 27
injuriam, nedum ante, sed etiam post eam accep-
tam occidere in continente, non animo vindican-
di, sed honorem proprium illibarum servandi cau-
sâ; maxime si aggressor factum armis tueatur;
nec fugiat. Ita docent Victor. in relect. jur. bel. n.
5. Henriq. in summ. lib. 14. c. 10. n. 3. Navarr.
in manual. c. 15. n. 4. ad fin. Bonacin. in sum. tom.
3. disput. 2. de restitut. q. ultim. sect. 1. punct. 10. n.
8. Pet. Navar. de restitut. cap. 8. nu. 383. Hurrad.
de fide. spe & char. tom. 2. disp. 170. à §. 137. Dian.
p. 2. tract. 1. miscellan. resol. 15. & part. 5. tract. 4.
resolut. 11. & alii. Quamvis contrarium multi sen-
tiant, quos hi referunt; maxime Diana, quorum
plerique loquuntur, quando aggressor fugit & prio-
rem sententiam etiam in fugiente probabilem doc-
cet Caramuel, plures laudans in Theolog. fundam. n.
1601. Dian. p. 8. tract. 7. resol. 48. qui contrariam
fatis probabilem, & consulendam monet. Et an Cle-
rici, & Religiosi possint proprium honorem armis
tueri; Vide apud Caram. n. 1575. 1594. cum seqq.

Ibi: Ubi statim ipse delinquens.

Qui post multum temporis, à quo deliquit, pœnas 28
dat, levius puniri debet, quam admitti qualitas
postulabat, Ant. Gom. d. lib. 3. c. 1. n. 7. Jul. Clar.
§. fin. qu. 60. n. 32. Cened. ad Decretal. collect. 16.
n. 4. Tiraq. de pœnis temperand. cas. 29. n. 1. Guaz-
zin. sup. defens. 2. c. 3. n. 1. Farinac. in prax. q. 10.
n. 84. Fachin. contravers. lib. 9. c. 38. Aug. Bar-
bol. in collectan. ad cap. fin. n. 2. de consuetud. Anton.
Thesaur. Pedemont. decis. 76. n. 1. Cald. Pereir. in
l. si curatorem habent, verb. lesis, n. 27. C. de in-
tegrum restitut. Afflic. decis. 387. à princip. Villa-
diego in Politica, c. 3. n. 172. Ad quod transcurfus
decem, aut saltem octo annorum requiritur, Farinac.
n. 85. Grammatic. decis. 39. Guazzin. n. 3. Bar-
bol. ubi proxime, Baiard. ad Clar. d. quest. 60. n. 106.
Hæc conclusio, ut aliqui maxime ex antiquis exi-
stimant, desumitur ex Jureconsulto in l. si diutino 25.
ff. de pœn. & defenditur, eo quod sicut per viginti
annos pœna delictorum profus aboletur, l. querela
12. c. ad leg. Cornel. de fals. ita per lapsum decenniū
minuitur, cum jam injuria Reipublicæ, ac privatis
illata, sic sopita, est non omnino deleta. Ad hæc
cum supplicium ad id principaliter sit inventum, ut
delinquentes cohibeantur; non sic necessario de-
sideratur, quando apparet, reum esse emendatum,
qui tandiū à criminibus abstinuit (supponitur enim,
sua scelera repetentibus pœnam non esse sublevan-
dam ut omnes fatentur: & dicitur infra, n. 31.)
ita Fachin. sup. Tiraq. n. 4. Farin. n. 84.

Dubium

30 Dubium est an præfata locum habeant, quando
reus fuit in absentia accusatus? & negant Bart. in d.
si diutino, Panormitan. in c. cum haberet, col. 2. de eo,
qui duxit in matrim. quam pol. per adult. Anchar.
ibidem, col. 3. n. 8. Baiard. sup. n. 107. Ant. Gom.
in l. 76. Taur. n. 6. & in dicit. c. 1. n. 8.

Sed contrarium & sic affirmativa pars verior vi-
dètur; quoniam pœna, ut patet ex proximè tradi-
tis, non minuitur ratione præscriptionis, & negli-
gentiæ accusatoris, ut Anton. Gom. d. n. 6. existimat;
sed eo quod causæ propter quas delinquens plecti
debet; non ita urgent post diuturnum temporis
transcursum, ac si statim supplicio afficeretur, quæ
ratio non tollitur per institutionem accusationis.
Imò est sententia in absentem fuisset prolata, si ejus
exequutio diu differretur, adhuc pœnam temperari
æquum est; hoc tamen fieri nequit, nisi consulto
Principe, nam sententiam, quamvis justa causa super-
veniat, immutare judici non licet; l. 1. §. ult. ff. de
questionib. l. Div. 27. ff. de pœn. Ita tenet Farinac. n.
87. Guazzin. sup. n. 17. qui n. 19. idem tenet in car-
cerato, qui post sententiam diu detinetur.

31 Illud autem comperitur est, hujusmodi lenitate
indignone esse: qui in idem genus delicti, de cujus
punitione tractatur, reincidisse probatur, quia sic
emendatum non esse, apparet, Ant. Gom. d. n. 8.
Farinac. n. 85. Guazzin. n. 14. 15. Idem est, si
aliàs delinquat, Guaz. n. 13.

Ibi: Quamvis à Jurisconsulti responso id
perperam deducatur.

32 Conclusionem traditam sup. n. 28. non probari
in d. l. si diutino, quamvis illam admittant, Neoterici
communiter adnotant; nam ibi Modestinus agit de
eo, qui diu in vinculis est, cui miserationis intuitu
aliquid ex pœna, quam meretur, remittendum est:
Ita Fachin. sup. Parlador. different. 51. n. 2. Guazzin.
n. 18. Franch. decis. 317. n. 4. part. 2. Tiraquel. d.
cas. 29. n. 7. Caball. resol. crimin. cas. 142. n. 1.
Farinac. n. 88. 89. Calepin. in suo diction. verb.
reatus, Calvin. lex. jur. eod. verb. Nam reatus
(novum quidem verbum à Meisa primò inventum,
ut ex Plinio lib. 8. c. 3. observant Calepin. Calvin.
& alii) nihil aliud significat, quam miserandum
illum statum, in quo carceratus jacet, postquam in-
ter reos receptus est. Olim enim cum quis de crimi-
ne publico arguebatur, carceribus mancipatus
ante omnia suas præscriptiones, sive exceptiones
dilatatorias proponebat, ut judicium subrefigeret;
& si id assequi non posset, tunc inter reos recipiebatur.
l. si maritus 15. §. Præscriptiones, ff. ad leg. Jul. de
adulter. Parlador. n. 3. ex quo nomen rei in codice
ad hoc destinato describebatur inter cæteros, pulla,
fordidaque veste induebatur, capillos, ac barbam
promissam gestabat, quem habitum mutare donec
causa discutebatur, nefas erat, Parlador. ubi proxime,
Jacob. Rævard. lib. 1. conjectaneor. c. 20. de vest.
lugub. Liv. lib. 45. ubi sic de Rhodiis scripsit: Ex-
templo veste fordida sumpta, domos Principum cum
precibus, & lacrymis circumibant orantes, ut prius
cognoscerent causam, quam condemnarentur, Quinti-
lian. in declamat. cui titulus est; Discordes fratres;
Reum, inquit, me detulit, sordes mihi induit, ad
judicem vocavit, Martial. lib. 2.
Si des iniqua tibi tristem fortuna reatum.

Squalidus habebit, pullidior que reo.
Aul. Gell. lib. 3. c. 4. Eumque cum esset reus, neque
barbam deffisse radi, neque non candida veste uti,
neque fuisse calu solito reorum.

33 Hinc Ulpianus in l. 3. ff. de cust. reor. carceris pœ-
nam dixit, quæ si diutina sit, cum debito delicti sup-

plicio ex parte compensatur, ut pietate suadente,
in d. l. si diutino, æquissime constitutum est juxta ve-
riorem ejus intellectum, atque in praxi servari testa-
tur Bobadill. in Politic. tom. 2. lib. 3. c. 15. n. 8.
in fine, quamvis influet, Modestinum, & Ulpianum
in his iuribus agere de quodam carcere, cui quon-
dam non tam ad custodiam, quam ad pœnam rei
mancipabantur: nam triplicem fuisse carcerem ibi
probat, quæ distinctio verbis Consultorum non ap-
tatur. Ex quibus omnibus deducitur delinquentem
mitiori pœna, quam ordinaria esse coerendum,
vel si longum tempus effluxerit post crimen ad-
missum; vel si diu carceris ærumnas sustinuerit,
prout notat Fachin. & à Farinacio, Guazzino, &
aliis communiter utrumque probatur, qui hac de
re latissimè differunt.

Quæ hucusque de pœnarum moderatione dixi- 34
mus, neutiquam sunt admittenda in enormibus deli-
ctis, ut hæresis læsæ Majestatis, simoniæ, falsæ mo-
netæ, apostatatus, suppositi partus, & similibus,
Guazzin. n. 16. Farinac. n. 90. Baiard. n. 108. qui
judices admonent, ut ad pœnæ moderationem
consultat Principem, maxime in delictis non levibus,
Baiard. n. 111.

Verf. Secundo hinc constat.

Hoc Sacrum Eloquium diversimodè exponitur 35
à D. Hieronymo, Beda, Origene, Euthymio, &
aliis, quorum interpretationibus ommissis, dicen-
tum est cum Theophrasto ibidem, ac D. Augustin.
in question. veteris & nov. testament. per illa verba
solum significari, homicidam pœna mortis dignum
esse, non quod eam semper cum effectu subiturus
sit. Sed Pat. Maldonat. eximius nostra ætate E-
vangelistarum Interpres existimat, Christum Do-
minum memorasse legem, quæ homicidis mortem
minabatur, Genes. 9. vers. 6. ut ita Petrus à percus-
sione abstineret.

Ad Num. 3.

Nobilis, aut constitutus in dignitate, cum de pœ- 36
nis corporalibus agitur, mitius coercetur quam
ignobilis; sed quoad pecuniarias, secus est; nam illi
magis, quam vulgares homines onerantur; l. 6. tit.
28. part. 2. l. 5. tit. 4. l. 15. tit. 8. l. 1. 2. tit. 9. l. 8. ibi: Camas
rudamente deven escar mentar al servo, que al
libre; & al ome vil, que al fidalgo, tit. 31. part. 7. c.
fin. §. ult. de pœn. c. qui contra 32. ubi Glot. verb. igno-
biles, 24. qu. 1. l. 1. §. Quamquam ff. de abigeis, l. 1. in
fine, ff. de furib. balnear. l. 1. §. Expilatores, ff. de
effractorib. l. stellionatus §. Pœna ff. de crimin. stellio-
nat. l. si adulterium 38. §. Imperatores, ff. ad leg. Jul.
de adulter. l. nemo 4. §. ut. C. de summ. Trin. l. prope-
randum 12. §. Sin autem uraque, C. de judic. c. 1.
§. Si quis verò, de par. tenend. in usib. feudor. Glot.
verb. An Divino, ad finem, in c. 1. §. Si miles rusti-
cum, de pac. tenend. & ejus violatorib. in usib. feudor.
Gregor. Lop. in l. 1. glof. 9. tit. 17. part. 2. Guttier.
practicar. lib. 4. quest. 16. n. 31. Matienç. i. l. 9. glof.
2. n. 1. tit. 17. lib. 5. Recopilat. Farinac. in prax. q.
98. à n. 93. Cened. ad Decretal. collectan. 64. in prin-
cip. Christoph. de Paz ad leg. Styli, l. 43. n. 24. Ti-
raquel. latè de pœn. temperand. cas. 31. à princip.
Baiard. ad Clar. §. fin. q. 60. n. 94. Auiles in c. 1. Præ-
tor. glof. 1. verb. acerechamente, n. 28. in fine, Morla in
empor. jur. part. 1. tit. 1. in præul. n. 44. Spin. in
specul. testament. glof. 16. in princip. n. 75. Tufch.
lit. N. conc. 49. n. 4. Sed hæc distinctio duntaxat in
pœnis arbitrariis observatur, non in legalibus, quas
Judex ex personarum qualitate immutare nequit,
Aviles

Avi e. sup. Baiard. num. 95. Tiraquel. num. 34. qui tamen asserit licere iudicibus ex magna & iusta causa legales poenas temperare, l. quid ergo 13. §. Poena gravior ff. de iis, q. not. infam. l. c. si severior. C. ex quib. caus. infam. irrogat. Quod verum est in Sapremis iudicibus, maioribusque Magistratibus; nam inferiores id non possunt, ut late per Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 96. ex n. 10. ubi idem discrimen statuit inter delegatum Principis, & alios, omnes verò, Principe consulto, poenas temperare non prohibentur, Menoch. n. 19. 21. De quo videndus Bobadill. lib. 2. cap. 21. à n. 138. & D. Covar. infr. n. 8.

37 Quoad poenas autem spirituales severius cum Nobilibus aliisque personis egregiis agendum est, quia gravis peccant; cap. homo Christianus, 40. distincti. Nava. in cap. consideret, in princip. n. 49. de penitent. dist. 5. Morla sup. n. 45. Tiraquel. n. 37. Glof. nuper citata in d. c. qui contra.

38 Ratio differentiae proximè traditæ inter Nobiles, & plebeios quoad primam partem est quia poena corporalis secum affert ignominiam notam, quæ æstimatione patientis fugilatur, quæ acerbior est claris hominibus, ut potè qui pluris honorem æstimant, quam obscuro loco nati; l. isti quidem 8. §. Quod si dederit ff. quod m. caus. Farin. q. 26. n. 22. Quapropter iniquum foret, si pro eodem facto Nobilis, & plebeius pari poena corporali afficerentur; nam sic multò magis unus pateretur, quam alter; temperato itaque nobilis supplicio pariter, ac ignobilis plectitur.

Contra, homines abjecti (ut jam ad secundam partem ratio innotescat) plerumque cum paupertate laborent, avari sunt ac vehementer pecuniam diligunt, ut observat A. curs. in l. illicitas, §. Et ne tenus, verb. Lumne, ff. de offic. Præsid. ubi inquit, huiusmodi homines non minus procellum, quam oculum custodit; quem referunt Bald. & alii apud Tiraquel. sup. n. 28. Nobilis non sic, qui ut frequenter divitiis abundans, ita ipsas parvipendunt, unde liberales præsumuntur, cap. 1. de donat. ubi DD. Menoch. de præsumptionib. lib. 6. præf. 59. n. 6. ubi cum aliis probat, donationes in Nobilibus præsumi, quamvis regulariter non præsumantur, ut sup. lib. 1. c. 7. n. 73. ex aliis notatis. Hinc idem absurdum, quod modò perpendimus, eveniret, si Nobilis, & ignobilis ad æqualem pecuniæ summam pro pari crimine damnarentur; nam hic severius, quam ille coerceretur. Oportet igitur in poenis irrogandis personarum conditionem advertere, ut iuxta eam ipsæ exarsperantur, aut leniantur, quo paria dilecta pari supplicio plectantur, quænam modum iustitiae deponit, cap. sanè 15. quæst. 3. l. si quemquam 29. in fine, C. de Episcop. & Cleric. Quam rationem reddit Tiraquel. ubi proximè, cui addendum est, privilegium Nobilium esse, ut mitius puniantur corporaliter ob personæ excellentiam.

39 Non est perpetuum, ut Nobiles, aut qui dignitatibus decorantur melioris conditionis sint quoad poenas corporales, quam cæteri; fallit etenim, quoties ratione nobilitatis, vel dignitatis delictum detestabilius sit, quo casu non lenius, imò acerbius puniri etiam corporaliter debent: quod contingit, quando circa officium, aut ejus prætextu delinquant; nec non si facinus in dedecus dignitatis, vel nobilitatis celet, Tiraq. n. 19. qui à n. 21. exempla adducit, quæ etiam ex iuribus, & DD. jam allegandis delumi possunt, cap. cum quidam 12. de iur. jurand. lib. 1. tit. 17. p. 2. l. Presbyteri 8. C. de Episcop. & Cleric. l. unico, in fin. C. de conductor. & procuratorib. lib. 11. Bart. in l. quædam d. i. c. ff. de pæn. Greg. Lop. in d. lib. 1. glof. 1. 9. Bald. in c. 1. §. Si-

quis verò, de pac. tenend. & iur. m. firm. in usib. feudor. Tiraq. n. 17. 18. Joan. de Platea in d. unico, n. 12. Felin. in cap. Pastoralis, col. 2. vers. Quod fallit de offic. de i. gat. Baiard. sup. n. 95. vers. Item adde quod licet, Bobadill. tom. 1. lib. 2. cap. 10. n. 66. Guazzin. sup. defens. 33. c. 4. n. 11.

Præterea nobilitas non auxiliatur ei qui in pariter nobilem delinquit, l. 25. tit. 22. p. 3. ubi Greg. Lop. glof. 5. quia privilegiatus contra pariter privilegiatum suo privilegio non gaudet, l. sed & milites 10. in princip. ibi: Coæqualitas enim honoris fortior est omni militum privilegio, ff. de excusat. tutor. & notavimus sup. lib. 1. c. 16. n. 38.

Ad Num. 4.

Nobilis, sive hidalgus, aut in dignitate positus, 41 torturæ subijci non potest, l. 6. tit. 4. lib. 2. Recopil. l. 4. §. tit. 2. lib. 6. Recopil. 24. tit. 21. p. 2. l. 2. tit. 30. p. 7. l. 3. §. Poena, §. 1. qui ad hostes, ff. de re militar. l. severam 10. C. de dignitatib. lib. 12. Greg. Lop. in dist. l. 2. glof. 4. Tiraq. de caus. 31. n. 15. Morl. in prælu. nu. 44. Farinac. in prax. quæst. 41. nu. 74. Joan. Garcia de nobilitat. glof. 1. in princip. n. 10. Tusch. lit. T. conc. 328. n. 10. Ant. Gomez. variar. lib. 3. c. 13. n. 3. Guttier. practicar. lib. 4. quæst. 15. à n. 5. & quæst. 18. n. 15. Menoch. cons. 94. n. 40. Girond. de privilegior. explicat. n. 223. Oalora de nobilit. p. 5. principal. cap. fin. n. 4. Boff. in prax. crim. tit. de indic. & considerat. ante tort. n. 111. Azeved. in d. l. 4. R. copil. n. 34. Clar. in prax. §. fin. quæst. 64. n. 19. Narbon. in d. l. 61. Recopilat. glof. 1. n. 2. Carrac. ibi, cum. 3. Carrer. in prax. tit. de innoc. & tort. §. Circa tertium, n. 1. Bobadill. lib. 3. c. 15. n. 20. Paz in prax. tom. 1. p. 5. c. 3. §. 12. n. 44. & 47. Quod non est verum in obtinentibus minores dignitates, qui torqueri possunt, nam desideratur ad hoc privilegium, quod sint ex Clarissimis; notant Anton. Gomez. ubi proximè, Guttier. d. n. 15. Farinac. cum aliis n. 71. Guazzin. sup. defens. 30. c. 17. à princip. omnino videndus; qui n. 4. l. addit, multis in locis privilegium hoc Nobilibus concessum non servari, ut in Gallia, in statu Ecclesiæ, & Mediolani; se ùs apud nos.

Filius etiam, ac nepotes Clarissimorum, torturæ cruciatum non patiuntur, l. 2. tit. 30. p. 7. ubi Greg. Lop. glof. 7. l. Divo 11. C. de quæstionib. Ant. Gomez. ubi proximè, Guttier. d. quæst. 18. n. 5. Dueña alios referens reg. 190. ampliat. 2. Quo privilegio liberi Decurionum honorantur, de quibus late Guttier. d. q. 18. à princip. Guazzin. n. 5. Farinac. n. 588.

Similiter uxores eorum qui torqueri nequeunt, 43 sunt à tortura immunes, quamvis ex plebeis ortæ, quoniam virorum suorum privilegia participant, l. femina 8. ff. de Senatorib. l. mulieres 13. C. de dignitatib. lib. 12. Ita docent Platea in d. l. mulieres, Pichard. de nobilitat. communic. n. 44. Plaça in epitom. delictor. lib. 1. c. 1. n. 23. Azeved. in l. 9. n. 7. tit. 1. lib. 2. Reco. ilat. Carrac. sup. n. 60. qui n. 61. idem privilegium post mortem viri, viduæ servandum, ait: quoniam prærogativas, quas mulieres per maritos consequuntur, si in viduitate honestè permanserint, retinent; ut probatur in mox adductis legibus, & in l. ult. C. de incol. lib. 10. Pichard. fusè probans sup. n. 55. 56. 72. Ant. Gom. in l. 79. Taur. in fine.

Idem de parentibus eorum, qui propter dignitatem non torquentur, resolvunt Farinac. nu. 591. Guttier. n. 8. Carrer. n. 15. Brun. de iudic. & tortur. part. 2. quæst. 4. n. 21.

Quæ aliæ personæ ob privilegium, vel alias causas torqueri prohibeantur? plenè docent Guttier. d. q. 15. cum seqq. Farinac. d. q. 41. Clar. d. q. 64. à n. 15. Paz.

Paz. sup. à n. 43. Ant. Gom. & Carrac. ubi proximè, Guazzin. d. defens. 30. c. 10. cum multis seqq.

46 Ut autem Nobilis huiusmodi prærogativa gaudet, necesse non est exacta nobilitatis probatio; nam sufficit, quod de illa summarie cognoscatur, ac per famam de quasi possessione doceatur, Bobadill. d. c. 15. n. 21. Guttier. practicar. lib. 1. quæst. 25. n. 2. Narbon. sup. n. 10. Utrum per officium vile nobilitas à majoribus proveniens sua amittat privilegia quoad illud exercentur, tractat Narbon. in l. 14. glof. 1. n. 46. vers. Verum quidem, ubi negativè resolvit tit. 2. lib. 6. Recop. Girond. n. 831. Sed Nobilis ex privilegio per exercitium talis officii, nobilitatis prærogativa privatur, secundum ipsos, & patres alios, quos sequitur Azeved. in l. 3. nu. 11. tit. 1. lib. 6. Recopiar.

47 Est advertendum, eis, qui torqueri non permittuntur, metum incuti non posse comminatione tormentorum, ut fateantur; nam terror ipse cruciatui æquiparatur, l. nov. sine 7. ff. quod fals. tutor. Quod intelligitur de terrore vehementi, ut si ad actus proximis torturæ accedatur, nam levis comminatio verbalis non reddit irritam confessionem, quæ potius spontanea, quam violenter extorta celesbitur, Jul. Clar. n. 31. Azeved. in d. l. 4. n. 34. Ant. Gom. d. cap. 13. n. 4. Farin. n. 104. Guttier. d. q. 15. à n. 14. Boff. sup. n. 20. Narbon. in d. l. 61. n. 4. Villar. in y. v. responsor. lib. 1. resp. 9. n. 17. Guazzin. c. 18. n. 3. Idem in reo, contra quem indicia legitima non urgent, ut scilicet terri non possit, observant Farinac. q. 57. n. 96. Greg. Lop. in d. l. 2. glof. Cyriac. tom. 1. controverf. 80. nu. 6. Quamvis aliud sit in iis, qui propter ætatem, aut infirmitatem tormentis affici non possunt, Ant. Gom. ubi proximè, vers. Ego tamen, Guazzin. d. n. 3. Farinac. d. q. 41. n. 105. nisi in prægnante.

48 Undè, si iudex tormentis, aut eorum metu confessionem à privilegiatis de facto extorqueat, nulla erit, ita ut quamvis spontanea ratificatio subsequatur, non convalescat; Ant. Gom. d. n. 4. vers. Et ita debet, ubi alii, Narbon. in d. l. 61. glof. 1. n. 9. Villadieg. in Politic. cap. 3. n. 323. Carrac. sup. nu. 37. Villar. nu. 18. Greg. Lop. sup. glof. 5. Carrer. ubi proximè, n. 23. Guazzin. nu. 1. qui n. 2. ait licet reo resistere de facto iudici, idem tenet Farinac. d. q. 41. n. 99.

Hinc dubitari potest, si Nobilis privilegium sibi competens ignoret, ac se torqueri patiatur, an audiat veniens adversus id, quod in tormentis confessus postea ratificavit, quanquam iudex legitime processerit? & negativè respondendum videtur; nam quod legitime factum est, sublitere debet, etsi denegatur ad casum à quo incipere non possit, argument. cap. factum 73. de reg. jur. in 6. l. patre furioso 8. ff. de iis, qui sui, vel alien. jur. & utrobique Glof. id pluribus comprobatur.

49 Illud Nobilium privilegium renunciatione tolli non posse, quamvis firmetur juramento, tum quod nemo sit dominus membrorum suorum, l. liber homo 13. ff. ad l. g. Aquil. tum quia tali prærogativæ, quæ toti corpori Nobilium concessa est, nequit renunciari, arg. m. c. si diligenti 12. de for. competent. probant Narbon. fusè n. d. l. 14. glof. 4. n. 13. 18. 28. tit. 2. lib. 6. Recopi. Azeved. in d. l. 4. §. cod. tit. 1. Dueñas, reg. 190. limit. 1. Carrac. n. 57. & renunciations privilegiorum nobilitatis nullius esse momenti, statuitur d. l. Recopilat. licet Girond. n. 225. senserit, posse Nobilem ex privilegio, suæ prærogativæ renunciare.

50 Sunt tamen crimina, in quibus propter atrocitatem omnis privilegiatus torqueri potest, ut hæresis, crimen læsæ Majestatis, falsæ monetæ, partus sup-

positi, simonia, venenum, grassatio, sive in terra, sive in mari, sodomia, apoltatatus, & similia, quæ in unum congerunt Azeved. in d. l. 4. n. 37. Baiard. ad Clar. d. q. 64. n. 61. Conrad. in prax. tit. de N. gat. crimin. n. 37. Narbon. in d. l. 61. glof. 1. n. 12. Farinac. d. q. 41. n. 100. Guttier. d. quæst. 15. ex n. 17. Gregor. Lop. in l. 2. glof. 4. tit. 30. part. 7. Guazzin. n. 4. ubi limitat in muliere prægnante, & aliis. Sed cum casus occurrerit, quo iudex dubitet, num privilegiatus sit torquendus? debet Principem consulere, de cuius consensu privilegiati jure torquentur, Farinac. n. 110. Azeved. ubi proximè, in ultimo casu Gregor. Lop. d. glof. 4. post. medium, Dueñas n. 1. Narbon. n. 15. 24. Guazzin. n. 5. qui cum aliis docet, semper esse Principem consulendum? nisi iudex vicem, aut brachium Regium habeat. Illis autem casibus, quibus Nobiles torqueti permittuntur, non ita acriter, ac plebei cruciandi sunt, Narbon. n. 36. Baiard. n. 65. Baiard. conf. 47. n. 28. Decian. responsor. tom. 2. respons. 94. n. 135. & præmissæ limitationis meminit D. Covar. infra, vers. Proximo.

Vers. Quintò, ob eandem rationem.

Inter cætera nobilitatis privilegia illud concessum est, ut Nobilibus ignominiosum supplicium inferatur, ut furcarum, fultigationis, aut trirremium, l. 8. tit. 1. part. 7. l. 2. n. 28. part. 2. Bobad. lib. 1. c. 4. n. 34. Bart. in l. 2. ff. rer. amotar. Azeved. in l. 3. n. 5. tit. 2. lib. 8. Recopilat. Jul. Clar. §. fin. q. 60. n. 24. Tiraq. sup. caus. 31. n. 3. Tusch. lit. N. conc. 49. n. 5. Caball. de homicid. n. 610. Garcia sup. glof. 1. in princip. n. 13. Guazzin. de defension. reor. defens. 33. c. 4. n. 11. Guttier. d. lib. 4. q. 16. à n. 4. Oalora ubi supra, Francisc. Marc. dec. 675. Aff. & in constitut. Regn. part. 1. rubric. 13. n. 49. Gom. Arias in l. 77. Taur. n. 34. Dueñas, reg. 190. nu. 6. circa quæ est observandum tam D. Covar. hic, quam cæteros præallegatos consulto alterere, Nobiles ad triremes damnari non posse, ut remittent; insinuantes, aliquando illos nacti, ut in eis invitati, etiam nullo stipendio recepto, mutent, quoniam hoc infamiam nullam irrogat.

Ibi: Hæc tamen duo.

Nobilis, vel alius privilegiatus de crimine læsæ 52 Majestatis postuiatus, tortura potest affici, à qua nulla dignitas eximere valet, l. 3. §. is qui ad hostes, ff. de re militar. l. nullus 4. C. ad leg. Jul. Majest. l. Decuriones 16. C. de quæstionib. Glof. in l. severam, C. de dignitatib. lib. 12. Notant præter laudatos sup. n. 50. Tusch. aut. conc. 328. Decian. tract. crim. lib. 7. c. 37. n. 50. Paz. d. §. 12. n. 50. Bæza de inop. debitor. c. 10. Gyg. de crim. les. Majest. lib. 2. tit. quomod. & per quos crim. les. Majest. prob. nu. 18. Villadieg. d. cap. 3. num. 323. Quod so ùm in eis, qui perduellionis rei sunt quicquam adversus Principem, aut Republicam machinantes, admittendum esse, non in aliis, qui contra cætera legis Julæ capita venerint, tenet Cifuentes in l. 79. Taur. vers. Sexid limitatur, à quo discedit Carrac. in d. l. 61. n. 60. tit. 4. lib. 2. Recopilat. cujus opinio probatur ex d. l. 3. §. Is, qui ad hostes, nec lege, quæ hoc crimen excipiunt distinctione utuntur, quam nec nos adhibere debemus, l. de pretio 10. ff. de Publician. in rem act. cum omnia delicta, quæ lege Julia continentur, atrocitatem præse ferant, propterquam Nobiles ex aliis causis torqueri solent, ut dixi n. 50.

Ibi: Et altioribus furcis suspenditur.

Nobilis proditoris adversus Principem, vel 53 Republicam